



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CCIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

hæc bonorū obligatio esset absque causa facta, quia donationis cōtractus quoad Cōstantiū donatariū nō pōt dici esse causa, ut supra dixi, itē nec uenditio, quia nulla fuit cōtracta uenditio, ut supra, uel posito, sed non concessio fuisse cōtractam uenditionem, ex ea non potuit agi, nec hypotheca bonorū, quia nō constat, neq; probatū fuit, cōtū pro parte dominæ Lucretiæ fuisse adimpletū, ueluti fuit declaratum, ergo &c.

¶ Non obstat tertiū fundamentū, q̄ posito obligatio nē bonorū non ualere, tamen ex cōstituto in cōtractu, & instrumento apposito possessio in dominā Lucretiā transferri potuit per supradicta, quia respondetur primo t̄ hoc esse falsū, nā bene per traditionem verā factam rōne cōtractus nulli, & inuolūti possessio quandoq; transferri, & acquiri pōt d. l. 1. §. si uir. sed ex traditione ficta resultante ex cōstituto de possidendo apposito in cōtractu, & insō nullo nō acquiritur, nec trāsfertur possessio aliqua, quia si principale est nullū, ita cōstitutū in eo appositū: & ita plenē declarāt doctores maximē Alex. in d. §. si uir. in 2. col. cuius uerba non refero, quia clarē loquitur. At in casu nostro fuit factū cōstitutū de possidendo, & sic ficta traditio interuenit, ergo &c. Posset ēt aliter respondēri, ut ex p̄dictis colligitur. ¶ Non obstat ultimū, quod obligatio pignoris, & hypotheca censetur, & præsūmitur facta in casibus, in q̄bus donatarius de iure res donatas restituere teneretur, uidelicet in casu ingratitudinis, ut actus ualeat, & substatueatur omni meliori modo, put est de natura iuramētū, arg. d. §. filius matre, quia responderi pōt, t̄ q̄ posito hoc verum esse, tamē hoc modo intelligendo huiusmodi obligatio, hypotheca censetur, & dicitur facta sub conditione, prout reuocatio ipsa cōditionē in se habet, uidelicet si donatarius erit ingratus, seu aliquā ingratitudinis causam cōmiserit, pp̄ quā donatio sit reuocanda. l. si. C. de reuocan. donatio. & c. fin. extra de donat. At in casu nostro donatio reuocata nō fuit, nec p̄ Cōstantiū donatariū aliqua causa ingratitudinis commissā non fuit, propter quam donatio potuerit reuocari, ergo obligatio, seu hypotheca bonorum nec committi, nec effectum suum sortiri potuit, argumēto l. res hypothecæ. circa finem digestis de pignoribus. Similiter t̄ non potest dici facta obligatio pignoris, seu hypothecæ accessorie ad obligationem, qua donatarius ad antidora, & ad remunerationem, tenetur, quia supra responsū accomodauit. Præterea in casu nostro non apparet, quod obligatio remuneratoria, & qua donatarius ad antidora tenetur iuxta not. in dicta l. aristo. in princip. fuerit in pactum, seu promissionem deducta, & sic transierit in obligationem efficacem, cui pignus, seu obligatio bonorum possit accedere, nam obligatio remuneratoria, seu quæ dicitur ad antidora, obligationem pignoris, seu accessoriam non recipit, ut supra dixi. Alii ter etiā respondent nonnulli alij aduocati, qui in hac causa scripserunt, ad quos me remitto. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Res pignori tradita pro maiori summa, quam ualeat, adeo quod nō sit spes reuocitioni, an & quomodo in dominium creditoris transire dicatur, & num. 3. 4. & 11.
- 2 Creditor, cui res pignori data esset, quæ tanti non ualeat, quantā est pecunia debita, potest debitorem ad debitum integre soluendum cogere.
- 3 Affectio in speciebus regulariter, & uerisimiliter cadere potest.
- 6 Pignoratium sub conditione, nullum ius saltem plenum, pendente cōditione, tribuit.
- 7 Solutione eius, quod debetur, etiam obligatio pignoris tollitur.

- 8 Res pignoratia in alium transiens cum suo onere pignoris transire pōt.
- 9 Alternatiua aut posita inter personas honoratas in cōstituto resoluitur in coniunctam.
- 10 Obligatio bonorum generalis pro dote facta mulieri cōstituto speciali eadem die alteri facta.
- 11 Per dationem insolutum, & per pactum de habendo recipere regressum propria auctoritate ad bona pignoratia, & dominium pignoris in creditorem transire pōt, & num. 1. 4.
- 12 Et quomodo hoc procedat, & num. 1. 4.
- 13 Pactum de dando pignus in solutum etiam in casu cōstituto indicat debitori, quin pecuniam debitam soluere possit.
- 14 Pactum legis commissoria, uel illi simile est in pignoratia probatum, ut beneficio legis in hoc nequeat mutari.
- 15 Estimatio rei in dote data simpliciter quandoq; in cōstituto emptionem, & quando ad alium effectum.
- 16 Maritus soluens canonem pro emphyteosi uxoris etiam in cōstituto iure familiaritatis soluere.
- 17 Emphyteota uerō non prauidetur per non emptionem emphyteosim possidentem, & canonem per maritum canonem suo nomine soluente.
- 18 Idem & magis dicendum est in eo, qui emphyteosim possidet, & canonem soluere.
- 19 Creditor rem emphyteoticam pignoratam habens, etiam ante dationem ueris emphyteosis non prauidetur.
- 20 Emphyteosis ecclesiæ, & loci p̄ non potest, infuso dominio, nec specialiter pignori obligari.
- 21 Quid si emphyteosis ecclesiæ expressē ut emphyteosis talis sit pignori obligata.
- 22 Emphyteoticum ius quomodo per diuinam solutionem acquiritur.
- 23 Quid in eo, qui rem emphyteoticam ex causa pignoris possidet.
- 24 Ratificare quādo, & quomodo possit id, quod non est, ratificare, & quando secus.
- 25 Instrumento subscripto manu notarij, qui fuit de illo regum, prout dicitur, licet manu alterius fuerit scriptum.
- 26 Emphyteoticus cōtractus de sui natura, & substantia debet in pignus fieri, nec alicui celebratus praesumitur, nisi in scriptis appareat.
- 27 Pater in emphyteosi, & fundo, quæ dantur etiam propter, quando, & quomodo filijs possit prauidetur.
- 28 In iure iam quæstio facilius uulgi consentienti prauidetur, prout in iure querendo, maximē quādo nec uerisimiliter p̄ferat, quod esset acquirendum.
- 29 Conditiones etiam uoluntarij in testamento, uel alia bonorum dispositione appositæ per casus aquipollentem adimpleri possunt.
- 30 Emphyteosi pro aliqua stipulata ei sequenda ratificatione citata acquiri potest.
- 31 Emphyteosis ecclesiæ pro hæreditibus concessa est, quæ hæreditas, & ad hæredes quoque extraneos transire potest.
- 32 Item, & ad feminas.
- 33 Emphyteosis magis transiit in uerisimilitudinem bonorum, & in uerisimilitudinem ad uerisimiles successores, quā titulus singularis ad singulares successores.
- 34 Cum uerisimilitudine, & titulo uerisimili quid facilius transiit in titulo singulari.
- 35 Verbum remanere an dominij translationem pleno iure recipiat, & num. 46.
- 36 Acquisitum alicui quando nomine proprio tantum, quādo nomine alterius.
- 37 Spectare id dicitur, quod iure dominij debetur, & prout.
- 38 Relatio, & sententia extra contenta in petitione, & in iure p̄mam, & tenorem illius facta, & lata non ualeat.
- 39 Nomine alterius ab initio fieri ceptum eodem nomine in petitione factum censetur, etiā si proprio nomine simpliciter p̄mam.
- 40 Actus, ad quem quis fuit citatus, eo modo, et nomine factus, intelligi, quo factus fuit citatus, aliis non ualeat.
- 41 Actus factus simpliciter sub nomine alicuius semper debet intelligi eo modo, & nomine factus, quo ualere potest.
- 42 Quid si dispositio plura contineret capita, & num. sub officij fieret, alia uerō sub nomine proprio simpliciter uerisimilitudine officij.

propter quod dominium pleno iure acquisita, quo
nam huiusmodi pactum, ex quo factum fuit ab initio, &
pro qua quantitate, dicitur esse pactum legis comif
habetur illi simile, quod est in pignoris beneficio re
pignori, quod non potest huiusmodi legis beneficio re
pignori, ut in l. 1. & si ubi plenè habetur. C. de pactis
Nec aduersatur l. penul. C. de pigno. quia loqui
respectu, & ad alium finem, ut ibi habetur, &
ca. quæ habentur. in d. l. quāvis. ff. de solutio.
Nec ex alio quoque non potest dici dicto ser
uicio acquisitum dominium dictarum domo
iure, & irreuocabiliter adeo, quod sit in ele
ctione Hieronymi, vel heredi solvere dotis quan
tatem, vel res pignoras sub certa æstimatione da
re, quod dicta bona, & domos pignoras, & pi
gnoris fuisse, quod fuerint data æstimata, tamen non
æstimata tali æstimatione, quæ emptionem
sequatur iste effectus, quod maritus, vel
heredes possint retinere illa bona æstimata, &
soluere quantitatem dotis, quia ad hoc, ut res æstima
ta in dorem faciat emptionem ad effectum,
de quo loquitur, quod data fuerit æstimata, & ex
pactum fuerit, quod talis æstimatio faciat emptionem,
non, & hoc autem fuit introductum per statutu huius
conuentionis de restitut. dot. De iure uero comuni
fuerit, quod maritus in dorem simpliciter daretur
dotis æstimatione ad hoc, ut diceretur æstimatio
emponem. l. quoties. C. de iure dot.
Quod res datur in dorem æstimata non, ut
daretur emptionem, sed ad alium effectum, ut est tex.
in d. l. si inter uirum. C. de iure dot. & not.
etiam in l. quoties. ¶ Et ex prædictis falsa apparet
pactum contrarium præsupposita, & maxime illud, quod
quod retinere in solutum dicatur concessum solu
torem Nicolai, & do. Ioannæ, tñ quod liceat ser
uicio, eiusque heredibus habere recursum, &
retinendi propria auctoritate, non dicitur
solutum illis conditionibus, quia contrarium man
date apparet ex verbis instrumenti, in quibus dici
tur, quod res, ut supra, obligatas, & hypothecas li
tate habere recursum, si solutio, & satisfactio totius
dotis quantitas facta non fuerit in totum, uel pro parte
modi, & forma, & temporibus antedictis, & sic ante
mortem dictorum Nicolai, & do. Ioannæ, nam de aliis
temporibus noluit intelligere, & si de alio, hoc est de
temporibus solutioni librarum sexcentarum assignatis
antecessoribus, quod negatur per ea, quæ supra dixi, tñ
dictum est illa uerba intelligi de tempore ante mortem
dictorum Nicolai, & do. Ioannæ, nec aliter dici potest,
quæ uerba diligenter considerentur. ¶ Circa secundum,
quod principaliter sit fundamentum, uidelicet
pactum de habendo recursum, & regressum
ad eos ius, & dominium rerum pignoratatum
in pignori Hieronymum translatum dicatur per
pactum, & per l. in l. 1. C. de pactis pigno. & Bar. in d. l.
etiam, & in d. l. quāuis. ex supra dictis uidetur
satisfactum. ¶ Nec debent esse in confi
deratione solutiones affictum factæ a ser Hierony
mo per plures annos per ea, quæ aduocati aduersario
in longiori sermone adducunt, quoniam primo di
citur, quod stantibus præmissis pro ueris, pro
uocis existunt, quod non ser Hieronymo, sed potius
ser Hieronymus soluit affictus, ergo ipse est emphy
teota, nam si censeretur debet soluisse potius iure fami
liarum, secundum quod habetur per Bartol. & do.
minum Nicolai, per illum tex. in l. qui iure familia
rum. ff. de acquit. poss. Præterea si ille, qui etiam
emphyteota, quamuis soluat, forte quia pol

fideat, non tamē propter hoc uero emphyteota præ
iudicat, non enim sequitur, quis soluit canonem per
multos annos, ergo est emphyteota, nam quis solu
do etiam suo nomine dicitur uero emphyteota pro
desse, ut habetur per Bal. in l. solemnibus. C. de rei uē
dica. & Alex. in l. fraudati. ff. de publica. cum similib.
18 & hoc præsertim in casu nostro dicendum est, quia
presumendum est, quod ser Hieronymus canones solue
rit, ut suum ius uidelicet pignoris conseruaret iuxta.
l. lex uetigali. ff. de pigno. l. si pignori. in fi. ff. famil.
hered. l. tutor. in fi. ff. de pign. act. & l. grege. §. & in sup
ficiariis. ff. de pig. ¶ Irē si locando rem emphyteoticā
ser Hieronymus non potuit Nicolao, aut d. Ioannæ,
nec d. Gilie neris emphyteotis præiudicare, tum ga
conducto loco alteri non præiudicat domino, nec
uero possessori. l. quāuis. §. si conductor. ibique om
nes docto. ff. de acquit. poss. tum quia ex quo ser Hie
ronymus erat creditor quāuis locando possedisse,
& in possessione domorum fuisse diceretur, tamē non
sibi, sed creditori, & ad illius utilitatem possedit, ut in
l. qui debitoris. cum l. sequen. & ibi docto. ff. de acqu.
poss. quoniam non attentari potest, nullum ius potuisse
ser Hieronymo creditori acquiri, quia datio pigno
ris, assignatio in solutu, & quod ipsi licitum esset ha
bere recursum, & regressum, respectu domorum Bono
niæ fuerit, & sunt ipso iure nulla, & inualida, quoniam
20 tunc he domus fuerint emphyteotice ecclesiasticæ,
seu loci pii, quæ a pari procedunt, ut aduersarij in suis
allegationibus fatentur, sequitur, quod nec alienari, nec
specialiter pignori obligari in scio domino potuerit.
l. fin. C. de iure emphyt. & ibi docto. c. potuit. de loca.
c. 1. §. donare. qualiter olim seu alien. pot. c. 1. de pre
hib. seu alien. per Fede. & l. fin. C. de rebus alien. non
alien. & quāuis dicatur, rem emphyteoticam posse
pignori dari d. l. lex uetigali. d. l. tutor. in fin. d. l. gre
ge. §. & in superficiariis. cum similibus, tamē illud est
verum in emphyteosi priuati, & non ecclesiæ. Vel si
dicamus etiam rem emphyteoticā ecclesiæ posse pi
gnori dari, ut in dictis iuribus, hoc tamen debet in
telligi, quando expresse ut emphyteotica fuit obliga
ta, & pignori data, quia tunc emphyteota censetur re
obligasse solu quoad ius, quod ipse in re habet, ut est
tex. in d. l. lex. & in d. §. & in superficiariis, ibique Bart.
& in d. l. tutor. in fin. argumento. l. si domus. cum ibi
not. in fin. ff. de leg. 1. Sed quando emphyteota re alie
naret, uel specialiter obligaret, nulla facta mēione,
quod esset emphyteosis, sed simpliciter, & essemus in
contractibus onerosis, & non lucratuius, qualis est et
contractus dotis iuxta. l. pro oneribus. ubi habetur. C.
de iure dot. & per Bart. in l. fin. §. si a socero. ff. de his.
quæ in frau. cred. tunc alienans, seu obligans cēsetur
alienasse, & obligasse rem pleno iure, & quoad plenu
dominiu, non autem quoad ius tantum alienantis,
ut uoluit communiter doct. ueluti refert, & sequitur
Alex. in d. l. si domus. in fin. in 2. col. & idē inferitur,
quod talis obligatio, seu alienatio facta simpliciter de
re emphyteotica non ualuit, nec ex ea ius aliquod po
tuit in ser Hieronymum trāsferri per prædicta. ¶ Ad
illud etiam, quod contra domina Giliam dicitur, ser
Hieronymo fuisse acquisitum ius emphyteoticu ex
diutina solutione pensionu facta per eum per decē,
& uiginti annos continuos ad ea, quæ habentur in l.
cum de in re uerso. ff. de usuris. & in l. si certis annis.
C. de pactis. cum similibus. respondetur multipliciter
primo, quod non apparet de continua solutione per
eum illius nomine tantum facta, sed quādoque et no
minæ domine Gilie, & sic p̄scriptio dī facta suo inter
rupta. Secundo ipse fuit in mala fide, saltē quousque
Nicolai, & domina Ioanna uixerunt, quoniam sciuit,
uel scire debuit ex suo contractu non fuisse sibi licitu
ccc 2 rem

rem insolutum habere, nec ad illam eis uiuentibus habere recursum, & regressum, ut in dicto instrumēto habetur, & supra dictum fuit, ergo interim non potuit praescribere, nec acquirere ius emphyteoticum, & utile dominium, ac melioramenta domorum cum scientia rei alienae, & mala fide c. si. de praescrip. ibiq; Doct. communiter. & c. possessor. de reg. iur. in 6. Ter-
 22 rior ad hoc, ut quis diu soluendo acquirat ius emphyteoticum, requiritur, qd eius nomine, & cum bona fide soluerit, ut emphyteota saltem per triginta annos continuos, & haec est uerior, magisq; communis opinio glossarum, & doctorum, ubiq; ut uoluit gl. in l. 2. in uerb. repellere, & ibi scrib. communiter. C. de iure emphyt. Bal. in l. omnes. & in l. male agitur. ibiq; Sali. C. de praescrip. triginta annorum. Bart. in l. conperit. qui approbat gl. in d. l. 2. & ibi Sali. & Bald. C. eod. titu. & propterea ab hac communi opinione in iudican-
 23 do non est recedendum, Ioan. And. & alii in c. i. circa finem. & in c. ne innitatis. de constitut. Item tunc quando praecedit titulus pignoris, res non potest quoad utile dominium acquiri ex cursu temporis, nisi spatio triginta annorum, ex quo enim rem ex causa pignoris possedit, non potest dici ut uasallus, uel ut emphyteota possidere, nisi p annos triginta, ut uasallus, uel ut emphyteota soluat. c. i. & ibi Bal. in fi. de feud. dat. in uicem legis commissi. ¶ Præterea ex quo ser Hieronymus sciuit rem emphyteoticam esse D. Giliæ quo ad utile dominium, & melioramenta, prout apparet ex solutionibus pensionum ab eo quandoque factis. Item cum locando illius nomine quandoq; dixerit domos ad Do. Giliam iure utilis dominij spectare, sequitur, qd ipse soluendo pensiones censetur illas nomine D. Giliæ, & iure familiaritatis soluisse, quia non cōueniebat, qd permetteret uxorem eius per se ire ad soluendum pensiones, arg. d. l. qui iure familiaritatis. cum ibi not. ¶ Adde, qd ser Hieronymus sapē soluit, ut haeres Nicolai, ueluti in partitis librorum hospitalis apparet, & tamen constat falsissimum esse ipsum fuisse illius heredem. Item soluit absente D. Giliæ, & partite librorum fuerunt scripte illa absente, & ignorante, ergo non potuerunt praediacare D. Giliæ iuxta ea, quæ habentur per Bartolum, & alios in l. admodum. ff. de iureiurand. & quia satis notum in se est, qd dictis libris hospitalis tanquam uariis, & inter se contrariis, & scriptis ab iis, qui ius scribendi abique commissione dictæ D. Giliæ, & ad eius praediacum non habuerunt, ideo super hoc non insisto, & quoad has partitas sufficiant responsiones datæ per procuratorem ipsius D. Giliæ. ¶ Dum ad hæc opponitur per aduersarios contra dictum instrumentum locationis facta à ser Hieronymo etiam nomine dictæ D. Giliæ pro qua de rato promissit, in quo ipse fateatur, præfatas domos quoad utile dominium ad ipsam Do. Giliam spectare, qd per tale instrumentum dici non potest ser Hieronymum ratificasse locationem factam in emphyteosim D. Giliæ, nam quod nō fuit nomine meo gestum, non possum ratum habere ca. ratum. de reg. iuris in 6. cum sim. responderi potest, qd licet id, qd non est gestum nomine meo, non possum ad commodum, & utilitatem meam ratum habere quoad hoc, ut ex ratificatione mihi actio, & ius agendi acquiratur. l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de neg. gestis, tamen quoad mihi praediacandum possum habere ratum id, quod meo nomine gestum non fuit, & ad hoc pronunc sufficiat doctrina, & theoria Bartoli uerissima in l. i. §. sed & si. ff. de ui. & ui armata. & hic est casus noster, in quo per huiusmodi ratificationem à ser Hieronymo in dicto instrumento factam ipse potuit sibi praediacare. Immo si bene animaduertatur, nullum potuit dici factum fuisse praediacum dicto ser

Hieronymo quoad utile dominium, nec quoad melioramenta respectu domini, cum ipse in dicto instrumentum nullum habuerit ius directi domini, uti referuatum, & adhuc est penes heredes dicti Hieronymi, & consequenter reuocabilitur, uel satisfactione debiti, uel ob causam restitutionis. Vnde per dictum instrumentum locationis factæ nomine Dom. Giliæ, pro qua ser Hieronymus iure utilis dominij ad dominam Giliam ratificasse colligitur, non cundo per ambas rationes non fuerunt dicti ser Hieronymi rationes domini, nec directi, sed ipsius domine Giliæ, & illius dominio constat ex locatione ei facta, & item ex confessione, & assertione facta ser Hieronymo in dicto locationis instrumento, ut supra dicto uerò constat per instrumentum tractatum de dictis domibus ab ipsa Do. Giliæ, seu eius nomine factæ: & ideo non est querendum in casu nostro ser Hieronymi ratificatione, cum abique ea cui proprio ipsius ser Hieronymi, & ex dictis instrumentis luce meridiana clarius constat de utili, & iure de directo dominio domine Giliæ, quod non potuit esse penes plures in solidum, hoc est penes Do. Giliam, & penes ser Hieronymum, seu eius heredes, terea dum dicitur, non esse adhibendam fidem instrumenti dictæ locationis, quia non fuit scriptum in notarij, qui fuit de eo rogatus per allegatos in hijs, respondetur qd id locum habere, quando non est subscriptum manu illius notarij, qui fuit rogatus, secus si subscriptum fuit per l. si ita stipulatus. §. C. legatus. ff. de uerb. obl. & hic stylus cōmunitur in ciuitate obseruatur, & faciunt ea, quæ habentur in l. i. & in c. cum P. de fide instrumentorum. ¶ Vnde hinc ridiculum somnium ponitur aduersarios contra hoc, qd ser Hieronymus locando, ut supra dicta de domos ad dominam Giliam spectare non potuit filiis suis praediacare, quia dicitur cōtra ser Hieronymum, & descendentes suis uique in tantam generationem, uel saltem pro filiis masculis, quod haec pater non potuit ipsis praediacare per Bartolum in l. ut iurisfundi. §. si liberi. ff. de operis libertorum. l. al. in l. 2. C. de iure emphyteo. colum. 67. articulo quarto. & col. 5. Sed respondetur contra hæc coniecturas, & praesumptiones ueritatem adesse, quodimus concessa non fuerunt in emphyteosim pro se, & descendentes, nec pro se, & filiis masculis, qui ser Hieronymo, sed ipsi domina Giliæ solum, & heredes suis, ser Hieronymo autem pro se, & heredes suis fuerunt specialiter, & generaliter pro eis pignoratice de sui natura, & substantia expolcat scriptum, & qd in scriptis fiat, ut in §. adeo. Insti. de cond. uenditio. l. i. C. de iure emphyteo. gloss. in l. pater. quod bona fide. C. de pactis. in dubio non putatur alicui celebratus, nisi in scriptis appareat augmento. l. contractus. C. de fide instrum. & in l. quid. & facit id, quod uoluit Bald. in adu. in qua ad certum, argumento illius rex. ff. loca. ¶ Præterea t pater in emphyteo, & feudo, quod datur cum p filiis, potest praediacare filiis hereditibus, qui simpliciter adierunt hereditatem: at si cum beneficiis, legibus, & inuentarij hereditatem adiuissent, censetur test praediacare, quatenus se uires hereditarie adierunt, quia filius haeres patris tenetur habere eandem gestum, & factum per patrem etiam circa res, quæ ad filios ut filios spectant, ueluti in terminis habetur in c. i. §. hoc quoque. in finalib. uer. de successione. & l. finali. C. de iure deliberan. cum sim.

legata inutiliter. ff. de adim. leg. l. nulla. ff. de legib. & l. quod fauore. C. eod. tit. Illud etiam, quod presupponitur, uidelicet dominā Giliam tractare de lucro, heredes uero ser Hieronymi de damno uitando, est falsum, & contrariū ex predictis colligitur. ¶ Presupponitur etiam unum aliud in dubijs exhibitis, quod

29 ¶ conditiones etiam uoluntarie appositę in testamento, uel in alijs dispositionibus hominis possint p casu equipollentem adimpleri quoad effectū, de quo agitur. Quod uerum non uidetur, & contrarium tenent Doctores magis communiter in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. ubi Bar. Alex. & alij hoc uolunt, & cum in consulendo, & iudicando a comuni opinione non sit recedendum, idē super hoc aliter non infisto. ¶ Presupponitur & aliud in dubijs, q̄ emphyteosis de domibus recepta, seu stipulata a Nicolao pro se, & d. Ioāna, & heredibus ipsorum nō fuit acquisita do. Ioannę, quę cōcessionem illā eius nomine receptam non ratificauit, argumento eorū, quę habentur per Bartolum, & Alex. in l. si mihi, & titio. ff. de uerbo. obligat. cum sim. Sed contrarium est uerius, quia ipsi potuit acquiri sequuta ratificatione

30 ut in d. l. si mihi, & titio. cum sim. & satis fuit tacita ratificatio, argum. l. paulus respondet. ff. rem ratam habet. l. si filius. ff. ad macedon. cle. 1. de procurato. Bart. in l. procurator. ff. re ratam haberi. & in l. 1. C. si min. se maio. dixit. cum sim. At d. Ioanna multipliciter potuit dici tacite ratificasse, & maximē quando ipsa pro iure, quod in dictis domibus habebat, interfuit inuestiturę factę in personam do. Gilie, ergo &c. ¶ Dum presupponitur etiam ex aduerso, q̄ emphyteosis per Nicolaum stipulata non potuit transire ad ipsius heredes, quia erāt extranei, & foemine, ad quos, & quas emphyteosis ecclesię non est transitoria pereat, quę in oppositum allegantur, responderetur primo quoad transitum ad heredes extraneos, q̄ licet sui natura non sit ad extraneos transitoria, tamen quando fuit concessa pro heredibus, multi tenuerunt, q̄ censetur esse quid hereditarium ad tradita per Bartolum, & Alex. in l. si patroni. ff. ad trebellian. in l. etiam. ff. soluto matrimon. & in l. quod dicitur. ff. de uerborum obli. & tunc secundum Fely. in c. in presentia. de probationib. dicentem hanc esse communem opinionē ea potest ad extraneos transire, quamuis Decius ibi

31 contrarium dicat. Sed quod ¶ emphyteosis ecclesię concessa pro se, & heredibus sit ad foeminas transitoria, est uerissimum, ut per Alexand. in d. l. quod dicitur. colum. 2. 5. Paul. de Castr. in l. 1. colum. 2. C. de cōdit. infer. Petr. de Ancha. in cons. 421. quidam ser Antonius. & Bald. & Alexand. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de ius uocan. Preterea, posito eam in terminis nostris non potuisse transire ad heredes extraneos, nec ad foeminas per uiam successionis uniuersalis, quare magis potuit transire ad ser Hieronymum, qui quoad Nicolaum fuit penitus extraneus, & ex titulo pignoris, & alienationis, & sic singulari reprobato? tum quia ¶ emphyteosis magis transit, seu transire debet ad heredes, & sic cum uniuersitate bonorū, & titulo uniuersali, quā ad singulares successores, & titulo singulari. l. fin. C. de iure emphyteo. cum ibi

32 not. per Doctores, & in cap. potuit. de loca. & ¶ quid facilius transit cum uniuersitate, & titulo uniuersali, quā titulo singulari, capitu. ex literis. de iure patron. l. quedam. ff. de acquir. rerum domin. & Roman. in singul. 58. cum similibus. Vterius nolo insistere, quoniam si singulis adductis in dubijs uellem respondere, eamque remouere, ante diem clauso componet uesper olympo. Propterea Excellentissimus dominus iudex reliqua suppleat.

Laus Deo.

EXCELLENTISSIME domine, in hac causa Zannina, que toties reuiscit, quoties deuincitur, & uno abscesso capite multa nascuntur, audio postremo contra dominam Giliam opponi de quadam asserata relatione iam diu facta per quendam dominum Albertum tunc Auditorem Reuerendissimi domini Locumtenentis Bononiæ, ut dicitur, commissariū ad referendum assumptum super duabus relationibus domini Egidij, & domini Galeotti de directo contrariis, in qua hæc uerba extant, declaratio etiam refert dictam domum, de qua supra, seu eius melioramenta, & utile dominium remanere debere dicto ser Hieronymo, ultra dictas libras septingentas uiginti sex. Quam tamen domum offert dictus ser Hieronymus se uelle dare pro libris quingentis, quandocumque ser Antonius uoluerit infra annum, prius tamen exburfatis omnibus quantitatibus, de quibus supra, p hæc enim uerba innuunt aduersarij, q̄ domus quoad melioramēta, & quoad utile dominium dicatur effecta propria ipsius ser Hieronymi irrevocabiliter tanquam æstimata tali æstimatione, quæ faciat emptionē, quia

35 ¶ uerbum remanere importat idem, quod reddere, uel restituere, sed reddere habet significationem per se dandi. l. uerbum reddendi. ff. de uerbo. signifi. l. hæres meus. in principio. & ibi Bar. ff. de legatis 3. l. cum quidam. in fine. ff. de legat. 2. l. qui uxori. in principio. glo. ff. de auro, & argento lega. uerbum autē dare importat dominium transferre, & pleno iure trāsferrere. §. sic itaq. In situ. de act. l. ubi autem. in fine. ff. de uerbo. oblig. ergo & uerbum remanere hoc idem importare dicitur, & hanc declarationem, siue sententiam à ser Hieronymo etiam nomine domine Gilie acceptatam ipsa domina Gilia ratificauit, & approbavit per ea, quæ gessit in instrumento confecto de anno 1491. sub die 21. Februarij, in quo facta fuit referuatio per illa uerba, ac etiam reseruato iure dictæ domine Gilie, &c. Preterea ¶ illa uerba, quibus dominus Albertus uoluit domum remanere debere dicto ser Hieronymo, fuerūt simpliciter directæ ad ser Hieronymum sub eius nomine proprio tantum, ergo ipsi ser Hieronymo solum dicitur domus assignata, & acquisita, non autem ipsi ut marito, & coniuncte personæ per ea, quæ in simili uoluit Bar. in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nunciatio. per tex. in l. 3. §. quod de tutore. uerfi. & si quidem tutor. ff. iudicat. solui. & per glofam in l. penultima. ff. qui satisfacere cogantur. & per rationem l. & magis. ff. de solutio. & per nota. per Bartolum in l. post mortem. ff. quando ex fac. tuto. ¶ Ultimo pro hæredibus dicti ser Hieronymi uidentur facere ea, quæ habentur in quadam asserata relatione facta per dominum Egidium, ad cuius cōfirmationem postea sequuta fuit relatio alia facta per dominum Carolum, in qua dicitur, deducta æstimatione melioramentorum, & utilis dñij olim spectantium ad dictum ser Hieronymum in dictis domibus descriptis in instrumento dictæ promissionis dotis sitis Bononiæ nūc tentis, & possessis per ipsum ser Hieronymum, siue per dominam Giliam &c. & spectare id dicitur, quod iure dominij debetur, & pertinet, ut per Hostien. in c. licet. extra de probatio. c. cum ad sedem. de restitutio. spoliatorum, & c. cum uenissent. extra de institut. cum similibus. ¶ Sed his non obstantibus, non recedendo ab alijs, quæ ad fauorem domine Gilie sæpius dicta fuerunt concludo domum quoad melioramenta, & utile dominium, immo ex francactione postea per eam facta etiam quoad directum, & plenum dominium spectare, & pertinere ad dictam dominam Giliā, prout in alijs meis allegationibus supra fuit ostensum, ad quas breuitatis causā me re-

mitto. Nunc solum respondendum est in, quæ me sunt dicta, ponderando uerba predictæ relationis factæ per dominum Albertum auditorem, & commissariū: & ad hoc præsuppono, q̄ ser Hieronymus Giliæ eius uxoris, ac etiam suo principali nominem dominum Egidio, & domino Galeotto commissarijs ad referendum Reuerendissimi domini Locumtenentis mouit litem contra Antonium de Caluo, & dominam Catherinam eius uxorem, & rebus, & bonis olim ipsi domine Gilie domibus colao de Budriolis, & in hac causa uiginti annorum inclusiue per dictos dominos commissarios etiam semper dictus ser Hieronymus comitatus ad omnes actus fuit citatus tanquam maritus iuncta persona domine Gilie. Comparatur etiam dicta causa ser Franciscus de Ghiseleris tanquam curator domine Gilie, & citatus fuit, item ser Hieronymus ad æstimandum domum tanquam coniuncta persona domine Gilie assumpti magistrum Iohannem Campanam, ut apparet in actis. Similiter ser Hieronymus simpliciter ut maritus, & coniuncta persona fuit monitus, & citatus per parte Reuerendissimi mini ad audiendam primam relationem factam per dominum Egidium, & dominum Galeottum, quæ rias fecerunt relationes, à quibus relationibus appellatum, & causa commissa fuit domino Alberti auditori ad referendum: deinde ser Hieronymus simpliciter ut maritus, & coniuncta persona domine Gilie fuit per Reuerendissimum dominum monitus ut publicandum relationem domini Egidij, quæ publicata fuit præsentibus partibus, & in parte, & partibus præstantibus, & in parte, & partibus appellatis, & relatis, quæ causa querela fuit commissa domino Vicario domini Pofeltatis, qui die 17. Augusti de anno 1490. suam relationē publicauit, & quæ per aduersarios solum fit fundamentum super relatione dicti domini Egidij in illis uerbis, ac iuramento melioramentorum, & utilis dominij &c. & quæ

38 supra, ideo dico, q̄ dominus Egidius pollicentibus, & relinquendo terminos causæ, & petitionem proposuit motus, ut ipse asseruit, ex quadam aqua reuelit, ut supra: quo fit, ut eius relatio penitus nulla, & nullius momenti fuerit, tanquam non facta iuxta bonitatem & tenorem petitionis factæ. c. licet heli. de iuris. c. qualiter, & quando. l. 2. de accusatio. & l. iudicatus. c. communi diuidunt. cum similibus ibi allegatis, & index fatuus reputatur, qui sententiam non conuenit petitioni tulit. l. si. C. de fideicom. liber. & Bar. in l. 1. de iur. iur. diuidunt. in q. 9. ff. de uerbo. oblig. nego super illa relatione fundamentum fieri non potest. Præterea posito, sed non concessio, q̄ dicta relatio ret, uiresq; haberet, tamen dico illam adhuc non stare do. Gilie, quoniam uerba supradicta, quæ sunt simpliciter relata ad personam ser Hieronymi, ibi olim spectantium ad dictum ser Hieronymum, debent intelligi prolata etiam ad fauorem domine Gilie, cuius nomine fuit relatio per ser Hieronymum ut maritum, & coniunctam personam accepta, & ex quo ser Hieronymus fuit simpliciter citatus, & monitus ut maritus, & tanquam coniuncta persona domine Gilie eius uxoris ad uidendum dietam relationem publicari, sequitur, q̄ factum simpliciter sub eius nomine, & persona debet intelligi factum, & acceptum ab eo tanquam marito, & coniuncta persona domine Gilie.

39 quia ¶ ubicunque quid cepit ab initio fieri nomine alieno, seu administratorio nomine alterius, deinde in prosecutione aliquid fuit facti sub illius nomine proprio simpliciter, & abiq; nomine officij, aut alterius illud etiam censetur actum, seu receptum ab eo, qui

[illegible]

ti supra dictum fuit, debent intelligi, & declarari uerba relationis domini Alberti, cui tãquam ultimo loco facta standum est, ibi declarando etiam referi dictam domum, de qua supra &c. per eadẽ iura, eadẽq; rationes, ut intelligantur dicta uerba prolata ad fauorem fer Hieronymi ut mariti, & coniuncta personæ, non autem simpliciter illius nomine. Item q̃ melioramẽta, ac utile dominium debeant fer Hieronymo remanere reuocabiler, & iure dotis, & maritali, quo casu etiã possunt dici remanere ipsi fer Hieronymo simpliciter, q̃ maritus simpliciter dicatur dominus rerum dotialium. d. l. doce ancillam. & d. l. in rebus.

¶ Ponderanda sunt etiam illa uerba, uidelicet melioramẽta, & utile dominium remanere debere fer Hieronymo ultra dictas libras septingentas uiginti sex, iunctis aliis uerbis præcedentibus. Ex quibus constat, q̃ libris septingente, & uiginti sex deberi dicuntur do minæ Giliz, & fer Hieronymo pro supplemento maximẽ librarum duarum mille ex causa dotis debitum: ergo & similiter dicendum est dicta melioramẽta, ac utile dominium eodem iure deberi fer Hieronymo, & consequenter etiam dominæ Giliz, tum quia ponuntur sub una, eademq; determinatione, & propterea pariformiter debent determinari, argumento l. nam hoc iure. ff. de vulga. & pupilla. prout etiam innuit dictio ultra, quæ facit, ut unumquodque eodem iure debeat. cap. raynuius. cum glof. ibique Abb. Imol. & alij de testam. tum quia sequẽti declarationi per præcedentia. l. si seruus plurium. in fi. ff. de lega. 1. & l. nũmis. ff. de legat. 3. cum similitum etiam & fortius, quia dicta melioramẽta, ac utile dominium apparent assignata, & declarata fuerũt debere remanere fer Hieronymo pro libris quingentis, & quinquaginta, & hoc pro parte librarum duarũ mille ex causa dotis do. Giliz debitum ipsi fer Hieronymo, ut habetur in dicta relatione domini Alberti ferẽ in principio ibi, quia referi dictam do. Giliam; seu fer Hieronymum restare creditores, & habere debere in bonis, & hereditate dicti Nicolai pro resto librarum duarum mille promissarum in dicta renunciatione in libris trecentis, & nonaginta una, & hoc attento, q̃ utile dominium, & melioramẽta domus, quam fer Hieronymo ad presens tenet, & de qua in relatione domini Egidij, non fuerunt æstimata, nisi pro libris quingentis, & quinquaginta &c. & in relatione domini Egidij clare constat, quòd dictæ librae quingentæ, & quinquaginta, quibus melioramẽta, ac utile dominium fuerunt æstimata, fuerunt computatæ in partẽ dictarum librarum debitum ex causa dotis, pro quarum parte etiã similiter melioramẽta, & utile dominium prædictũ fer Hieronymo remansisse apparent: ergo post mortẽ illius ad do. Giliam ipso, & pleno iure reuerfa dicuntur. d. l. in rebus. & l. 1. cum siml. C. de iure dotium. nullo enim modo cõstat ea melioramẽta, & utile dominium fuisse fer Hieronymo pro dictis libris quingentis, & quinquaginta adjudicata, nec in solumat assignata tali æstimatione, quæ emptionem faciat, prout in dubio non est præsumendum, ut habetur in statuto in aliis meis allegationis adducto, & ibi latius dixi. ¶ Præterea dato, sed non concessõ, q̃ melioramẽta, ac utile dominium fuissent fer Hieronymo in solutũ assignata tali æstimatione, quæ emptionem facerent, tamẽ domus prædicta quoad directũ dominium, ac cuiuslibet possessionẽ dicentur omnino esse ipsius do. Giliz, quæ subintravit in locũ domini dicti, hoc est hospitalis per franchionem ab ipsa sola factam: ergo heredes fer Hieronymi habere dicentur solũ ius cõducẽdi, hoc est utile dominiũ, & melioramẽta cũ onere sol

uendi

nendi domine Gilie consuetum canonem singulis annis, prout ipsi hospitali solui debebat, & cum dicti heredes per multos annos canonem scienter non soluerint, dicuntur a iure suo cecidisse ad tradita per glossam in cap. litera. de dilatio. in cap. potuit. de locat. & l. 2. C. de iure emphyteotico. Et hac procederent, si uerum esset, quod melioramenta, ac utile dominium fuissent assignata per libris quingentis, & quinquaginta tali estimatione, quae emptionem fecisset. Sed quia hoc negatur, & ut dixi, in dubio non presumitur, nisi fuerit expressè dictum, ideo dicendum est, quod ex quo per mortem ser Hieronymi domus quoad melioramenta, ac utile dominium rediit ad dominam Giliam, prout aliud dotis residuum dicitur rediisse, utile dominium per consolidationem illius factam cum directo dominio in persona domine Gilie euauuit, & extinctum fuit, & plena proprietates dictae domus dicitur pleno iure ad dominam Giliam spectare, nam ubicunque

45 In eadem persona utile dominium cum directo iungitur, utile dominium amplius non est in consideratione, sed cum directo consolidatur, & efficitur aliud dominium, hoc est plenum dominium. Sicut dicitur de usufructu, qui dicitur ipso iure cum proprietate consolidari finito usufructu, ut notabiliter declarat Bald. in l. 1. quæst. 46. ff. de rerum diuisione. & faciunt, quæ habentur per Alexand. in l. interdum. in fi. ff. de acqui. poss. ¶ Ultimo noto illa uerba relationis domini Alberti, super quibus fit fundamentum per aduersarios, qui solam dictam relationem ad eorum fauorem produxerunt, quibus dicitur, declarando etiam refert, dictam domum, de qua supra, seu eius melioramenta, & utile dominium remanere debere ser Hieronymo ultra dictas libras septingentas nigtilex &c. quia ex huiusmodi uerbis non potest dici aliquid aliud ius fuisse in dictis domibus, & melioramentis acquisitum, quam ipse prius habuerit, & sic non potest dici aliquid de nouo ser Hieronymo acquisitum, sed solum illud,

46 quod prius habebat, reseruatum, nam uerbum remanere proprie importat idem, quod retinere, & eo iure, quo quis prius habebat, & non ultra. l. 2. §. item si uoluntate. cum sequen. cum ibi notatis. ff. soluto matrimonio. l. patre furioso. in princip. ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iuris. Improprie uero sumitur causa contrarietatis, & absurdi euitandi pro reddere, seu restituere, ut est text. ibique omnes doctores in l. si cum ante. C. de donatio. ante nuptias. In casu autem nostro debet intelligi proprie pro retinere eodem iure, quo prius habebat, adeo, quod ex hoc non dicatur aliquid ius de nouo acquisitum illi, ad quem uerbum remanere refertur, alioquin si improprie sumeretur, sequeretur absurdum, & præiudicium domine Gilie, & resularet contrarietas inter ipsam relationem, & citationes factas, ut supra dictum fuit. Quod non est dicendum, quia gratia euitandi contrarietatem, seu præiudicium, & absurdum uerbum remanere intelligitur improprie pro reddere, & restituere taliter, quod de nouo aliquid ius acquiratur illi, ad quem refertur, non autem quando absurdum, & præiudicium alterius, seu contrarietas resularet per prædicta. Pars ergo aduersa dictam relationem domini Alberti in illis uerbis ad sui fauorem deducens fuit decepta, quoniam ex ea, seu ex illius uerbis nullum ius potuit dici de nouo acquisitum ser Hieronymo, sed solum id reseruatum, quod prius habebat, & sic illud ius tantum, quod habebat tanquam maritus, & coniuncta persona, & reuocabiliter, ut in aliis rebus dotalibus. Et ex prædictis apparent resoluta omnia, quæ in contrarium supra adducebantur. Laus Deo.

- 1 Fructus pignoris in sortem computantur, & sortem ipsam tenuant, alioquin esset usura prohibita. Falit in causa dotis. num. 6.
- 2 Debitor, qui pignus dedit, quocumque temporis spatio etiam gisimo excludi per creditorem non potest a facultate capiendi pecuniam debitam, ut pignus sibi restituatur. Et quomodo hoc procedat. num. 7.
- 3 Ex datione in solutum ita dominium in creditorem transiit, sicut ex uenditione, si debitor tradens erat dominus capiendi, & prescribendi conditio.
- 4 Possessio rei alicuius per longum tempus ex quo non possidetur.
- 5 Titulus allegatus quando possessione longissima non probetur.
- 6 Princeps ex sua plenitudine potestatis potestatem delegat banitos, & rebelles ad bona etiam alteri acquirere, si a alio possessa restituere.
- 7 Mors alicuius non presumitur, nisi probetur.
- 8 Argumentum ex maiestate rationis etiam in gratis prore.
- 9 Privilegium in dubio semper est presumendum reale, & non re personale, & ad heredes etiam transire debet, maxime quibus eadem, uel maior privilegij ratio ualeat.

E P I T O M E.

PIGNORIS, & hypothecæ loco non habet tam, & possessam, sed titulo, & iure assignationis solum rem mulieri pro suis dotibus traditam, & ea per annos triginta, & ultra pacifice, & quiete, & bona fide possessam, hic demonstratur.

C O N S I L I U M C C V.



¶ Vm iam diu Chriacus de Cathedis etiam & Franciscus, ac Mattheus eius fratres altera ad diuisionem bonorum suorum communium deuenissent, & in diuisione quadam domus posita in ciuitate Bononie, in qua habitabant, fuisset ipsi Chriaco assignata cum octo tamē satisfaciendi domine Iuliane de Bononie matris dictorum Francisci, & Matthei de dotibus suis, si fuerunt, & sunt libras trecentas, prout in dicta diuisionis instrumento continetur, & iacta diuisione illius per dictum Chriacum assignata fuisset domine Iuliane certa pars dictæ domus, in qua ipsa dicitur præiudicium diuisionis unā cum dictis filiis suis Mattheo, & Francisco usque ad mortem steterit, & habitauit, illamque tenuit, & possedit, ac post eius mortem dicti Franciscus, & Mattheus, & successores eorum filij, & heredes eorum per in ea steterunt, illam pacifice, & quiete retinendo, ac bona fide usque ad tempora anni 1331. possidendo, modo quidam de Panzacchijs præteriti successores dicti Chriaci ex asserta donatione ipsius factæ contra heredes, & filios dictorum Francisci, & Matthei super restitutione partis domus prædictæ allegantes illam per dictum Chriacum fuisse domine Iuliane pro dotibus suis pignoratam, & obligatam, & dominam Iulianam, ac successores eius filios, & heredes illam per annos triginta, & ultra remansisse, & possidere, & consequenter teneri fructus, seu peniones dictarum librarum trecentarum atrenuare, alioquin esset usura prohibita, & uerita, ut est text. in cap. 2. ibique communiter omnes canonistæ, & in cap. 2. ibique communiter omnes canonistæ, & in cap. 1. l. 1. & 2. C. de pigno. actio. & C. de pac. pigno. l. 1. l. 1. & 2. C. de pigno. actio. & l. si conuenit. eodem tit. ff. de pigno. actio. & l. si conuenit. eodem tit. ubi idem de iure ciuili procedit, atque dispositum. Secundo